UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Pierio presbytero. Cap[itulum]. l.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cccl.v.trino martyrio ternis in locis coronati:
vna ⁊ eadẽ die ab eccleſia recoluntur: cũ tamẽ
diuerſis diebus paſſi fuerint: vt ſcribit hellinã
dus. Nam cũ de mãdato imperatoris maximia
ni milites eius gentiles prefatos xpianos in-
ſequentes: hincinde eos requirerent: caſſium
⁊ florentium cum alijs ſeptẽ apud beronã vrbẽ
circa rhenum fluuiũ inuenerunt: quos ibidem
in xpi confeſſione decollauerunt. quorũ paſſio
agitur. vi. idus octobris.

De ſanctis Berone ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xlvij.

Cerõ martyr cum ſocijs
cccxviij. apd co-
loniã agrippinã
paſſi ſunt. Cum
enĩ perſecutores ab imperato
re maximião deſtinati ad pre
dictos milites. ccclx. occidẽ-
dos. Caſſium et florentium
cum alijs ſeptem interfeciſſent: vt ſupra dictũ
eſt. Beronem militẽ cum comitiua. cccxviij. mi-
litum in campis colonie inuenerũt. Quos oẽs
xpm dominũ confitentes gladijs trucidarunt.
Quorũ feſtũ colitur. vi. idus octobris.

De ſanctis Maloſo ⁊ Victore ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xlviij.

Maloſus et
victor martyres
cum ſocijs tri-
ginta apud opi-
dum francoruz:
quod troia ſiue xanthum dici-
tur paſſi ſunt. Cum perſecu-
tores prefati poſt interfectio
nem predictorum martyrum:
videlicet caſſij et florentij et
ſociorum geronis atqꝫ aliorum predictorũ pro
ceſſiſſent ad reliquos requirendos de manda-
to imperatoris maximiani maloſum ⁊ victorez
cum alijs triginta: qui de numero predictorum
ccclx. militum ſupererant: iuxta dictum oppi-
dum xanthum inuentos: gladijs ceciderunt: et
eorum corpora in locis paluſtribus ſubmerſe-
runt: quorũ tamẽ reliquie a chriſtianis reper-
te condigno honore ſepulte ſunt. Et in eorum
poſtmodum honorem Helena conſtantini ma-
ter baſilicam ſuper eorum corpora miro deco-
re et ſine vllo ligno conſtruxit: vbi et per eo-
rum merita eurogyalus colonienſis epiſcopus
dolore capitis ſanatus eſt. Sed cum corpus
maloſi martyris longo tempore vbinam ſepul-
tum fuerit latuiſſet. Sancto epiſcopo dicti lo-
ci diuina reuelatione mõſtratũ eſt. Qui corpus
de loco ſuſtulit: immenſi odoris refragrãs ſua-
uitate: ⁊ ipſum iuxta ſociorum cadauera collo-
cauit. Horum etiam dies paſſionis ſimiliter ce-
lebratur. vi. idus octobris.

De ſancto Pinyto epiſcopo. Cap. xlix.

Pinytꝰ epi
ſcopus gnoſiẽ vr
bis creteñ. mar-
ci antonij impe-
ratoris tempori
bus apud ipſam claruit ciuita
tem. Qui inter viros apoſtoli
cos nobiliſſimus in ſcripturis
ſuis velut in quodã ſpeculo vi
uentem ſui dereliquit imagi-
nem. Quiqꝫ inter cetera ſapiente ſue opuſcula
ad dionyſiũ corinthiorũ epiſcopũ elegantẽ ſcri
pſit epiſtolã: in qua docet non ſemper lacte nu-
triendos populos: ne quaſi paruuli ab vltimo
occupentur die: ſed ⁊ ſolido debere paſci cibo:
vt in ſpiritualẽ proficiant ſenectutẽ. Qui et in
xpo plenus ſanctitate quieuit. vi. idus octo.
Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

De ſancto Pierio preſbytero. Cap. l.

Pierius alexandri
ne eccleſie preſbyter inſignis
floruit tempore diocletiani im
peratoris. Qui tam florentis
ſermonis venuſtate populos
docuit tãtaqꝫ diuerſorũ tracta
tuum elegãtia fulſit: vt origenes iunior vocare
tur. Tractatũ longiſſimũ ſuper oſee ꝓphetiaz
deſcripſit. Et apud alexandriã in pace quieuit
vi. idus octobris. Hec hieronymus vbi ſupra.

De ſanctis Tharaco preſbytero et Andronico martyribus. Cap. li.

Tharacꝰ
probus ⁊ an-
dronicꝰ mar-
tyres apud
tarſuz metro
polim cilicie
tẽporibus diocletiani ⁊ maxi
miani paſſi ſunt ſub preſide
maximo. Quorũ primus na-
tione romanus: ⁊ miles anno
rũ. lxv. militie terreſtri pro xpo renũciauit. Se
cundus de ſede pãphilie exortus. Tertius xpo
iunior de primis epheſiorũ ciuitatis. Qui inſi-
mul ſociati: accuſati ſunt maximo preſidi a do-
mero centurione: ꝙ eſſent xpiani: ⁊ ab eodẽ iu-
dice tenti ſunt. Qui primo quidẽ tharacum vt
ſeniorẽ in xpi profeſſione inuictum manentem
in maxillis ceſum nudatũ virgis flagellari fe-
cit. Deinde vinculis ferreis in carcerem alli-
gari: poſtea probum in ſimili confeſſione manẽ
tem in dorſo et ventre neruis crudis diutius
ceſum; eiſdem vinculis vinctum carceri man-